



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

LXVIII. Papst Benedict XII. bestätigt dem Kloster Chorin seine Privilegien,  
am 13. April 1336.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

promoueat et sub obtentu gratie nostre districte prohibentes, ne quis de ipsis vel de equis vel de allecibus seu de quibuscunque rebus aliis eorundem exigendo theloneum ipsos presumat vel audeat aliquo modo molestare. Ut autem hoc nostre donationis, appropriationis simul et confirmationis statutum perpetuo teneatur inconvulsam a nobis et a nostris successoribus uniuersis, dari iussimus presens scriptum. Datum et actum in Chorin, anno ab incarnatione Domini millesimo trecentesimo tricesimo quinto, feria quinta proxima post festum beati Martini Episcopi, nostro sub sigillo presentibus appenso in testimonium premissorum. Presentibus Paridam de Wacholt, Vlrico de Schenynge, Vickone de Hyndenborch, militibus, Reymaro Vredberni, Canonico Camynenfi, Henningo de Reberghe, Hinrico de Stegelyz, Ditliuo de Eyghorft et aliis pluribus fide dignis.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gercken Cod. II, 474.

LXVII. Herzog Barnim von Pommern weist seine Vögte und Beamte zur Beobachtung der von ihm dem Kloster Chorin bestätigten Zollfreiheit in Pommern an, den 16. November 1335.

In nomine domini Amen. Nos Barnym, dei gracia Stetynensis, Pomeranie, Sclauorum et Cassubie dux, Recognoscimus presentibus publice et protestamur, quod progenitorum nostrorum, videlicet domini Barnym, aui nostri, necnon domini Ottonis, patris nostri, litteras non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte viciatas vidimus continentes, quod gratiam et libertatem religiosi viri abbati et conuentui monasterii chorynensis, Cystericiensis ordinis, contulerunt stabilem, videlicet quod absque exactione theolonii per totum nostrum ducatum emere, vendere et educere licite poterint pro necessitate victus eorum et vestitus. Cupientes igitur participes ipsorum fieri orationibus aliisque operibus bonis, prefatam et indultam eis gratiam ratam et gratam habemus ipsamque perpetue duraturam presentibus confirmamus, omnibus nostris officiais et aduocatis districte et gratie nostre sub optentu iniungentes, ne premissis aliquo modo presumant vel audeant contraire. Datum et actum choryn, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXX quinto, feria quinta proxima post martini episcopi, nostro sub sigillo presentibus appenso in testimonium premissorum, presentibus Paridam de Wacholt, Vlrico de Scheningen et Reymaro Vredberni, Canonico Caminenfi, et aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Originale des K. Geh. Staatsarchives.

LXVIII. Papp Benedict XII. bestätigt dem Kloster Chorin seine Privilegien,  
am 13. April 1336.

Benedictus, episcopus, seruus seruorum dei, dilectis filiis Abbati et Conuentui monasterii in Chorin, Cisterciensis ordinis, Brandeburgensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica votis et honestis petentium precibus fauorem beniuolum in-

pertiri. Eapropter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus per privilegia uel alias indulgentias uobis et monasterio uestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus et aliis fidelibus rationabiliter uobis indultas, sicut eas iuste et pacifice obtinetis, uobis et per nos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hec attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Auinion, Id. Aprilis, Pontificatus nostri Anno secundo.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

LXIX. Hermann von Wulkow bekundet, nach genauer Untersuchung im Auftrage Johanns von Buch ermittelt zu haben, daß eine zwischen Kaltwasser, Jacobsdorf und Berkenbrück gelegene Wiese dem Kloster Chorin gehöre, am 15. September 1336.

Dignum censetur, ut quorum veritas etc. — Hinc est, quod nos Hermannus, dictus de Wolkou, miles, dissensiones et controuersias cupientes refecare dubia elucidare et omnia distracta in unitatem equitatis et iustitie reformare, Vniuersis quorum interest aut quibus nosse fuerit oportu- num presentibus declaramus, Quod ex commissione viri industrii et famosi uidelicet domini Johannis de Buch sollerti indagine inquirentes ab antiquis terre incolis inuenimus et luce clarius docti sumus, quod pratum adiacens hüs stagnis uidelicet Kaltwater, Jacobstorp et Berkenbrücke iusto proprietatis tytulo ad ecclesiam Dominorum de Choryn, Cyster. Ord., legitime pertinere. Datum Gyrswalde, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVI<sup>o</sup>., in Octaua natiuitatis virginis gloriose.

Nach Gercken's Cod. II, 476. 477.

LXX. Die Gebrüder Conrad und Heinrich von Oderberg überlassen dem Kloster Chorin das halbe Dorf Serwest für das Dorf Pinnow, am 17. August 1338.

Cum mundi actiones successu temporis deleantur, expedit, ut, que in tempore geruntur, firmo litterarum karactere rohorentur. Hinc est, quod nos Conradus et Henricus, fratres, dicti de Oderberge, matura deliberatione premissa, de consensu heredum nostrorum omnium, quorum consensus de jure vel de facto fuerat requirendus, dimidiam ville partem in Zerwyz permutationis modo libere dimisimus ac presentibus dimittimus venerabilibus Dominis ecclesie in Choryn pro villa dicta Pinnou cum agris, pratis, pascuis, stagnis, siluis aliisque fructibus ac utilitatibus vniuersis, secundum quod nos hereditario noscitur possedisse jure et valore, promittentes bona fide, Nos prefatos Dominos et ecclesiam ipsorum supra quacunque questione vel impetitione, si qua quod absit, in posterum orta fuerit defendere et indemnes conseruare fideliter warandando bonis in eis-